



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Deuotiones quæ fieri possunt per octauam Corporis Christi. Cap. XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

Quinta preparatio per recitationem Horarum Canoniarum à sacerdotibus, seu Psalmorum quorundam appositorum, ab alijs solitè frequentiorem, esse potest. *Vox enim psalmodie,* inquit S. Gregorius Papa: *Cum per intentionem (id est feruorem), cordis agitur, per hanc Omnipotenti* Domino ad cor iter paratur.

Sexta preparatio est, conatus maior his diebus ad assequendam perfectionem. Sic B. V. Maria dixit S. Brigitta: *Deus omnes cum gratia sua visitat. Eos vero qui sic cogitant, nos inquiet abstinere volumus à peccato. & in quantum possamus conari volumus ad perfectionem, hos visitat Spiritus Sanctus frequentius ut perfectius possint.*

Sepima preparatio adiuncta præteritis, est maximi momenti, ardenter & frequenter in die, immo ad singularum horarum interdiu pulsum, desiderare multa & magna dona Spiritus Sanctus ad quæ obtinenda, erigenda est spes nostra Christi verbis: *Beati qui esurunt & sitiunt, iustiam, quoniam ipsi saturabuntur: Ecce Dominus etiam S. Gertrudi dixit: Ego cuilibet donauis fistulam auream talis virtutis, ut ea quilibet sibi atrahere possit ad initium mei desificati cordis quacunque desiderat. Quam fistulam illa intellexit bonam esse voluptatem, per quam omne bonum spirituale, tam celestium quam terrestrium sibi potest propriè vendicare.*

Merito ergo S. Bernardus, excitat: *Qui desiderat, abundantius desideret, quoniam quantumcunque desiderare poterit, tantum est accepturus. Immò, non secundum imperfectionem, modicòm desiderij, sed mensuram accepturus est bonam & cōfertam & coagitam & super effluentem.*

Octava preparatio est frequens & feruēs oratio ex Sanctis desideriis orta, petens à Spiritu S. in nos venturo dona eius quamplurima & maxima: *Precibus insistendum est, inquit B. Laurentius Iustinianus, & Dei suffragium flagitandum, quatenus quotidie nobis semper potiora donentur. Cōtingit enim per sepe, ut quod nequeant merita, desideriorum interpellationes largiantur. Delectatur quippe Dominus orationibus supplicantibus, ut eorum votis annuat: si tamen corde simplici fundantur, humiliq; mente ac devotione fidelis: Nempe si tria hec conueniant in orante, de omni re, quamcumque petierit secundum Deum, fieri illi à Patre luminum, euifq; Filio D.N.I. Iesu Christo.*

Nona preparatio esse potest, suscepta ob hunc finem aliqua corporis afflictio his diebus, vt sunt cilicia, disciplina, ieiunia, abstinentia, durus lectus.

CAPUT VIGESIMVMSEXTVM.

Devotiones qua possunt fieri per Octauam Corporis Christi.

185. *Primò. Quolibet die meditari aliquid de SS. Sacramento Eucharistia.*

Secundo. Sæpius illud visitare in die: & si deficit tempus diu manendi in hac visitatione, breuiter sed feruenter expedire devotiones.

Tertio. Ob amorem SS. Sacramenti, ab omni peccato lingua abstinerre per totam Octauam, præseruare à murmuratibus, derationibus, mendaciis, & verbis iracundis.

Quarto. Communicare sæpius intra Octauam.

Quinto. Quotidie facere disciplinam (cum licentia) ad placandum Deum ob irreuentias qua fiunt in mundo erga SS. Eucharistiam.

Sexto. Saltè ter in die, mane, post meridiem, & ante somnum, quinques genu fletere versus quatuor partes mundi, breuiter sed affectuosè, ob tres causas.

Primò. Petendo remissionem illorum quæ fiunt in illa parte mundi contra SS. Sacramentum Eucharistie in illo recipiendo, & aliis modis.

Secundò. Gratias agendo Diuinâ Majestati pro beneficiis collatis, beneficio SS. Sacramenti & SS. Sacrifice Missæ viuis & defunctis.

Tertiò. Commandando Christo Domino nostro in SS. Eucharistia existenti in ea parte mundi, omnes necessitates spirituales & temporales viuorum & mortuorum.

Septimò. Dum auditur hora, sonante horologio. Primò. Deuotè dicere illam orationem, Deus qui nobis sub Sacramento mirabilis, &c. Secundò. Communicare spiritualiter. Tertiò. Saltum internè, si es cum aliis, & exterius, si folius es, saltum capitis inclinatione, adorare SS. Eucharistiam in eo loco existente, qui est proximus tibi, vel cubiculo tuo.

Octauo. Tempore prandij & cæna communicare spiritualiter, occasione cibi & potius.

Nonò. Per hos octo dies, magis feruare silentium, & minus loqui de rebus indifferenteribus.

Decimò. Per hos octo dies quotidianè solito deuotius aspicere SS. Eucharistiam flectendo in tali loco ex quo posuit videri SS. Eucharistia tempore Missæ supra corporale posita, vel, si hoc fieri nequeat, aspicio illam expositam publice in facto illo Ferenculo quod Monstriam appellamus. Nam S. Gertrudis divinitus intellexit, quod quoties homo cum desiderio & devotione inspicerit hostiam in qua latet corpus Christi insinuat. Sacramentaliter, toutes meritis suum auget in celo, diu pietatis, quia eternaliter in futura visione Dei tot fibi speciales delectationes alludent, quoties in terris cum devotione & desiderio inspexit corpus Christi, vel etiam velle videre se posset, cum rationabiliter impeditur.

CAPUT